

www.e-rara.ch

**Summulæ Thomisticæ Juxta Doctrinam Et Ordinem Collegii Complutensis P.
P. Carmelitarum Discalceat: Stylo Claro Explicatæ, Methodo Scholastica,
Facilioribusque Controversiis Breviter Disputatæ**

Emericus

Vetero-Pragæ, [1722]

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Ro 406

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-67926>

[Dedicatio.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

HONORI
ET
VENERATIONI
ILLUSTRISSIMI,
ET
EXCELLENTISSIMI
DOMINI, DOMINI
JOANNIS
ERNESTI
ANTONII
SCHAFF - GOTSCH,

Sac. Rom. Imp. Comitiss,
ET


Domini de KHÜNAST, & GREIFFENSTEIN,
Domini in Kundschitz, Sadow, Weis-Trze-
meschna, & Dohalitz &c. &c.

Sacræ Cæsareæ, Regiæque Catholicæ
Majestatis intimi Actualis
CONSILIARII,
Majoris Judicii Provincialis
ASSESSORIS,

Regii Locumtenentis, & Supremi in Regno
Bohemæ CAMERARII,

DOMINI, DOMINI
Patroni Gratosissimi.

ILLUSTRISSIME
AC
EXCELLENTISSIME
Sac. Rom. Imp. COMES
DOMINE DOMINE
Patrone Gratosissime.

 Istit se ad pedes Illustris-
simæ, & Excellentissimæ
Dominationis Vestræ
ausu propè temerariò,
submississima tamen cum
reverentia pusillus præsens Libellus, sub
Illustrissimi Excellentia Vestræ Nomi-
nis tutela publicam lucis usuram aspi-
rans. Nota sunt cunctis plurima ra-
tionum momenta, quibus induci pote-
ram, ut ex Illustrissimi Excellentia Ve-
stræ Nominis splendore patrocinium, &
protectionem huic Opusculo quarendum
esse putarem. Dudum quippe est, à
quo gratiosissimis Illustrissimæ Excel-
lentia Vestræ (licèt undequaque im-
meritus) utor favoribus, & beneficen-
tissimis

tissimis perfruor gratiis, nec tamen minimum debita gratitudinis pensum persolvi, nisi pia vota, quæ pro Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ longæva incolumitate, & totius Illustrissimæ Prosapix decore, & incremento apud Altissimum cordetenus deposui. Verumtamen hoc ipso, quòd tacitus, quòd latens, & mihi soli notus fuerit hic devoti animi mei affectus, inquietus erat semper, donec & palàm ederet sua teneritudinis specimen, publicèque suam erga perceptas gratias testaretur gratitudinem.

Quod ut summario quopiam præstarem compendio, presentes Summulas Philosophicas per me recenter typò donatas Illustrissimo Excellentix Vestræ Nomini, & Numini in perpetuum grati animi symbolum, & perenne submississima devotionis pignus sacras facere decrevi: à quo tantum lucis ac splendoris illis accessurum perbene novimus, & ego, & Libelli hujus Author Eximius, ut hic ingenii sui partum in tanti Mæcenatis Patrocinium suscipi letetur, & ego sub tanti Patroni auspicio
publica

publicâ eum luce typotenûs donare gratuler. Cùm verò mihi animus non sit Panegyrim contexere, idcirco nolo hîc excurrere in amplissima laudum Illustrissimæ Excellentiæ Vestræ encomia, utpote quæ jam pridem per universas Czechici Orbis oras laudatissima divulgavit fama; in luce namque sunt spectatissima Excellentiæ Vestræ virtutes, & animi dotes, prudentia, & sapientia insignis, modestia animi singularis, humanissima erga omnes affabilitas, suprema Regni negotia administrandi dexteritas, & authoritas, subtilissimarum scientiarum vivacitas, literarum, & literatorum amor quidam congenitus; quem, ut alia taceam, abunde testantur magnis expensis pro Illustrissimis Junioribus intra unius lustri spatium edita, & per me typis vulgata tria volumina: Mundi Philosophici, Coeli Philosophici, & Pacificationis Nomo-teticæ: ex quibus patet, literas tantopere apud Illustrissimam Excellentiam Vestram esse in pretio, ut cordi sibi non duçat in earum promotionem quodcunque profunderè pretium. Benignò igitur

*tur vultu suscipere dignanter velit Illu-
strissima Excellentia Vestra minutum
hocce donarium, Aris suis subjectissimè
affixum, & si Excellentiam Vestram, &
debitò meò minus sit, dignatione quã
solet, non pretium muneris sed affe-
ctum offerentis expendat, & tum la-
bores meos typographicos, tum etiam
memetipsum, Clientem licet indignissi-
mum, estimatissima Sux gratie com-
mendatum esse benignissimè patiatur;
qui Divinam Majestatem ardentibus
votis precari non desinam, ut Illustri-
ssimam Excellentiam Vestram Inchyto
nostro Regno diutissimè incolumem ser-
vet, suis autem fidelibus Servis &
Clientibus in dies majori felicitate for-
tunet.*

**Illustrissimæ ac Excellen-
tissimæ Dominationi vestræ.**

Devotissimus Servus

WOLFFGANGUS WICKHART.